



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 144. Conventus Ratisbonæ habitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

præter Episcopos Bambergensem, Her- Sæcul. XVI.  
 bipolensem, Passaviensem, Hildeshei- A.C. 1546.  
 mensem atque Tridentinum & Augusta-  
 num Cardinalem: ex parte Protestan-  
 tium vero acceſſerant Palatini Comitis  
 Oratores, nec non Coloniensis, Monaste-  
 riensis, Norimbergenis, Nortlinganæ &  
 Ratisbonensis Urbium Delegati.

### §. CXLIV.

#### *Conventus Ratisbonæ habitus.*

Igitur Imperator præsentis Conventus Steid. p. 581.  
 cauſas exponens ita effatus est: Vo- Heiff. hist. de  
 bis omnibus conſtat, quemadmodum Impe- l' Empir. t. I.  
 rii cauſſe longe ſane gravifimæ, Comitio l. 3. p. 383.  
 superiori Wormatiæ, propter plurimo-  
 rum absentiam expediri non potuerint:  
 ad hunc itaque Conventum res fuit dila-  
 ta: quo minus autem ad conſtitutum diem,  
 nonas Januarii mensis, ipſe venerim, fa-  
 Etum eſt partim ob infirmam valetudinem,  
 partim quod colloquium fuerit inchoatum  
 opinione tardius: babui quoque rationem  
 temporis. & hyemis asperrimæ, nec vos  
 ullo non necessario ſumptu volui gravare,  
 & quamquam domi ſatis eſſet, quod age-  
 rem, tamen ingressus iter, omnium pri-  
 mus buc veni: quod ſane præter exspecta-  
 tionem mihi prorsus accidit, nam exemplo  
 meo debuiffetis reliquis etiam privatim ne-

go-

Sac. XVI.  
A.C. 1546.

gotiis anteferre rempublicam: confido autem, fore, ut, qui valetudine non sunt impediti, veniant etiamnum, reliqui vero Legatos mittant cum plenis mandatis: porro Wormatiae fuit designatum Colloquium Doctorum, cuius quidem est factum initium, & omnino putabam, futurum, ut, postquam ego, ceterique Principes buc venissimus, & Collocutores reperiremus huic rei vacantes, & quid inter ipsos actum esset, cognosceremus: nunc autem sumus atque videmus, quemadmodum absque fructu sit dissolutum, & abruptum Colloquium: cum autem ipse vobementer cuperem, pacare Germaniam, disfido sublato Religionis, petii, ut, quid amplius in eo faciendum esse patent, mibi communicent, ut pro meo munere, officioque statuere demum aliquid utiliter possem: adhuc, quoniam Imperii summa necessitas postulat, ut Cameræ judicium restituatur, & vero, quemadmodum id fieri debeat, legibus jam antea cautum sit, postulavi, ut, qui ejus rei jus habent, exhibeant, ac repræsentent Assessores, & impensum omnem faciant, neque me, qui maximum Imperii causa sumptum sustinui, præterea gravent, nam ut legibus atque judicio careat Germania, res est

Et illaudati exempli, nec ullo modo Sæcul XVI.  
 posset excusari: deliberatio etiam de A.C. 1546.  
 inferendo Turcis bello, in hoc tempus  
 est rejecta, sed anno superiori Galliæ  
 Rex mibi nuntiavit, quod de induciis  
 impetrandis sit spes, ad eamque rem  
 procurandam suum studium & operam  
 est pollicitus, & quia non ita pridem  
 auxilia mibi dederunt Ordines, anno-  
 na quoque multis in locis non respon-  
 det exspectationi, visum mibi fuit,  
 Germaniam esse nonnihil recreandam,  
 ut, cum opus erit, tolerare sumptum  
 possit: itaque per intercessionem Gal-  
 liae Regis egi cum Turca, & unius  
 anni pactus sum inducias: cum autem  
 illæ jam ad finem Octobris exeant, &  
 alioqui non uno modo violentur, sicut  
 a Ferdinando Rege fratre meo accepi,  
 & qui sit futurus eventus, non con-  
 stet, omnino arbitror, futurum, ut  
 cum res ita poscat, illud, quod de au-  
 xiliis antea polliciti sunt, præstent:  
 ego vicissim, quod ad tutandum impe-  
 rium pertinet, nihil non sum collatu-  
 rus & opis & consili:i.

### §. CXLV.

#### *Dissidia inter Electorum Legatos.*

Verum hæc Cæsaris oratio adeo non Sleid. p. 582.  
 Principes ad mutuam, ut moris  
 erat,